



Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Capvt V. An in raptu absorbeantur omnes animæ operationes intellectus, memoriæ, & voluntatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38621

luntatis propter rationes dictas in primo, & in hoc capite.

Respon- detur ar- gumentis pro con- traria sententia adducta.

Ad argumenta responsa, ad primum plene responsum est in primo cap.

Ad secundam rationem dicimus, tunc voluntatem necessitari ex multiplici capite, ut superius insinuavimus i. cap. maxime ex alienatione a sensibus, in qua non potest esse perfectum iudicium in intellectu, neque libertas in voluntate.

Ad tertiam & quartam rationem eodem modo respondeatur.

Ad quintam & ultimam rationem resp. quod quando actus amoris praecedat raptum sive ecstasim, tunc concedimus etiam accedente raptu manere eandem libertatem, ut supra in hoc cap. diximus.

CAPVT V.

An in raptu absorbeantur omnes anima- operationes intellectus, memoria, & voluntatis.

Superiori disputatione cap. 10. docuimus, al- quando in raptu non solum sensus ex- ternos, verum etiam internos, praecipue imaginationis o- perationem suspendi, & absorberi; nunc opera- tionem erit explicare, an pariter superioris animae potentiarum operationes, quales sunt in intellectu, memoria & voluntas, vel saltem aliqua earum in divino raptu absorbeantur.

Pro pleniori huius difficultatis intellectu ac perceptione suppono ex communi mysticorum doctrina, pro eodem sumi quantum ad praesens propositum atinet, aliquam potentiam absorberi a sua operatione, aut suspendi, non quod poten- tia pro illo tempore perdat, aut amittatur, sed quod tunc a suis operationibus abstrahatur.

Prima assertio, si sermo sit de raptu prout est in potentia cognoscitiva, tunc certum est nulla- tenus absorberi operationes potentiae intellectu- ae; quia si anima tunc temporis rapiatur ad divi- norum cognitionem, sive contemplationem, quomodo tunc intellectus a sua operatione cessa- bit; voluntatis vero operationes, vel etiam me- moriae, tunc temporis aliquando manebunt ab- sorptae, & suspendae, aliquando vero tantum re- mittentur, quod frequentius evenire probabilius sane videretur.

Assertio secunda. In ecstasi quando anima di- vinitus ad amorem ardentissimum, seu ad arca- nam & ecstasiam unionem admittitur, tunc pro tempore quo anima manet in ea felicissima unio- ne, omnes omnino potentiarum operationes ab- sorbentur, non quod intellectus non intelligat, voluntas non amet, aut memoria non retineat ea, quae intellectus percipit, sed quod haec potentiae ita sint in suorum objecto ut perceptione vehe- menter applicatae, & actuae, ut vix possint supra se ipsas ac suas operationes reflectere.

Haec assertio in primis probatur gravissimo- rum Patrum auctoritate. Venerabilis Richardus Victorinus in Psalmum 25. cap. 4. expressit eam confirmat, et di. docens, quare haec ecstasis vo- cetur aliquando quies, aliquando somnus. Hanc, in- quit, quietem loannes dicit silentium: Psalmista vocat somnum. Ab Apostolo dicitur pax DEI, quae exuperat omnem sensum. O quam recte silentium, o quam vere dicere possumus somnum, si excedis omnem sensum,

Quid enim de eo digne dici possit, quod omnem exce- dit sensum? factum est, inquit, silentium in caelo quasi exuperat hora dimidia. Quam recte silentium dicatur audiri- mus, sed quomodo erit & somnus? cogita quid faciat sensum somnus exterior circa bonitatem exteriorem, hoc facit somnus huiusmodi circa hominem interiorem. Somnus exterior exuperat sensum corporalem, aufert enim officium oculorum, officium aurium, caeterorumque sensuum, atque membrorum: sicut autem per somnum exteriorem sopiuntur omnes sensus corporis, sic per hunc, de quo loquimur, interioris hominis somnum exuperantur omnes sensus mentis. Simul enim absorbet cogitationem, imaginationem, rationem, memoriam, intelligentiam, ut constat, quod Apostolus scribit, quia exuperat omnem sensum. Huiusmodi somnum anima inter veri sponsi amplexu capit, cum in eius sinu re- quiescit. Idem quoque Richardus lib. 1. de contem- plar. cap. 32. ait: Ibi itaque auditor cadit, ubi humana ratio deficit. Ibi Rachel moritur, ut Benjamin oriatur. Idem itaque (in fallor) per mortem Rachel, & casum discipulorum figuratur, nisi quod trium in tribus di- scipulis, sensus, videlicet, memoria, & rationis defe- ctus ostenditur. Ibi enim sensus corporis, ubi externo- rum memoria, ubi ratio humana intercipitur, ubi mens supra se ipsam rapta, in superiora elevatur.

U. quoque Bonaventura serm. 2. de luminaribus Ecclesia (subscribit huic sen. en. ia, ubi agens de sa- pientia nulliformi, & ecstasica: appellat nullifor- mem, quia est operatio tec. ecclissima transcendens omnem operationem in intellectu, & omnem sci- entiam, addit, sola tunc affectiva, vigilat, & silen- tium omnibus aliis potentiis imponit, & tunc ho- mo est alienatus a sensibus, & in ecstasi positus audit verba, quae non licet homini loqui.

Carthianus de fonte lucis art. 17. hanc quo- que sententiam confirmat, dicens: Raptus enim & absorptus introductus, & immer sus animus in divitiis gloriae, in oceanum Deitatis immense, pra admiratione incomprehensibili maiestatis, & entis termini prorsus independentis, nulliusque indigentis, cuius nulla est causa, in cuius manu sunt omnia; desinit prorsus ac deficit a se ipso, transque totus in principem maiestatis, in fontem luminis, & Deitatis abyssum: conquiescens, atque obdormiens in dilecto, & aliud nihil advertens pra dominante in ea intuitionem caliginis, totumque praoccupante ardore amoris. Quod Vir sanctus exper- tus: Inflammatum est cor meum, inquit, & renes mei commutati sunt, & ego ad nihilum reductus sum, & nescivi. Psal. 72. O quam bene & optime est tunc ani- ma amorosa! quam serena, quam iucunda, quam cali- formia, ac tranquilla sunt omnia tunc in qm!

Expressis autem idem Dionysius art. 16. Cum- que, inquit, hanc lucem omnipotens menti ostenderit, mox mole magnitudinis suae, actualitate, ac excellen- tia maiestatis, perfectionis, ac luciditatis suae immen- se, mentem in momento, in actu oculi, in puncto, sic dulciter non violentor vincit, & opprimitur ipsa de- sinit atque deficit a se ipsa, & vicia amore, ac stu- pens pra admiratione eius, quam contemplatur ma- iestatis, ac claritatis immense pra Deitatis, quam cervit delicioissima serenitate, nesciat de se ipsa. Sed quidem repente, tam valide illustratur, ac inflamma- tur, ut prorsus succumbens, vires & sensus corporales amittat. Tunc mens increatae lucis secretum involta in infinita lucis abisso demergitur, in aeterna felici- tatis oceano raptus deperditur, in amoris igne immensi resoluta comburitur, atque in superavissime ac su- perplanissime solitudinis impertransibili & immen- sa amplitudine securissime errat, feliciter deviat, perdens se ipsam, nesciens ubi, vel quando.

Mistic- huius ra- ptus sive ecstasis effectus.

Thau.

Quare haec ec- stasis ali- quando vocatur quies, ali- quando somnus.

Thaulerus in *serm. 3. de spiritu sancto* prope finem: *In hanc abyssum, id est, tam profundè abyssali quodammodo spiritus immergitur. & absorbetur, adeoque se perdit in ea, ut de se ipso nihil sciat, neque de modis suis, neque verbis, neque opere, neque gustu, neque cognitione, neque amore.* Horum, inquam, omnium nihil illo factum tempore in se distinctè intelligit; sed totus à DEO absorptus est, nec aliud aliquid ibi est, nisi una pura, & simplex Divinitas, ineffabilis abyssus, & essentialis unitas; datque hic DEVS spiritui per gratiam quod est ipse per naturam, suam videlicet incommensurabilem modi ne sciam. & omnis forma expertem essentialitatem; ita tamen ut spiritus maneat creatura. Vnde & DEVS omnipotens in eodem spiritu cuncta illius opera perficere & operari habet. laudare videlicet, cognoscere, amare, atque frui; estque hic spiritus ab omni quidem opere otiosus, & DEVS patiens. Ceterum, ut nihil vel parum de divina essentialitate dici potest, & intelligi: ita & de illa qua hic agitur vix aliquid dicere sufficimus. Hæc ille.

Hæc itaque Harphius *lib. 3. mystic. Theolog. parte 2. cap. 16.* Si ergo, inquit, per amorem practicum, in amorem suiivi ingredi voluerit, tunc omnes alie vires animæ persulfenti veritati, quæ Deus est, cedere compelluntur, ac in DEO sibi ipsi mori funditus per effluxionem sui ipsius, ac immersionem in illam simplicissimam divinam essentialitatem, sicut in proprio centro, hæc autem felicissima mors contingit in spiritu, cum tres vires superiores se in suis exercitiis operatione sua vigorosissima funditus extenuant, annihilant, & in propriam deficientiam perducunt, ut in ipsam simplicissimam Divinitatem absorptæ feliciter effluant. Idem quoque Harphius *lib. 3. parte 3. cap. 17.* eandem doctrinam confirmat dicens: eo tempore quo feliciter à DEO agmur, & fruitionem consequimur, ab omni operatione feriari cogimur. E *parte 2. cap. 15. ejusdem lib.* Quapropter, inquit, amor noster simpliciter, & otiosus sine operatione, & amor DEI ignis consumens est, nos devorans & absorbens in unionem cum DEO. Hæc Harphius.

Demum B. Virgo, & mater nostra TERESIA retam spirituum expertissima, in libris, quos divinis à DEO illi est à conscripsi, *mansione 7. cap. 1. & 2.* id discrimen inter matrimonium & desponsationem spirituales assignat, ita de hoc disserit: *Primum igitur, inquit, discrimen est, quod in unione spiritualis desponsationis, saltem tempore quo celebratur, omnes potentiarum operationes absorbentur, quod anima quasi cæca, muta, ac sine ullo interiori sensu videatur remanere; ita ut pro tunc nulla ratione possit sentire, aut intelligere, quale aut quantum sit illud bonum, quo fruuntur. Quia illa magna delectatio, qua animam perfundit superius diximus, tunc sentitur cum anima se DEO approximat & cognoscit. Ac cum jam amoris brachia à DEO attingitur, eique unitur, nihil omnino sentit, quia tunc omnes potentie consopitæ ac absorptæ manent.*

In matrimonio vero spiritualiter solet contingere, quia tunc DEUS potentias antea absorptas, & quasi ligatas solvit, & oculorum squammas ostensum perimit, ut anima percipiat atque intelligat aliquid de ineffabilibus bonis, quibus fruuntur. Quod quidem in alio modo contingit, non anima in illo centro manenti visione intellectuali mysticorum sanctissimæ Trinitatis, omnique tres personæ manifestantur, præcedit tamen hanc manifestationem suavissima quadam

spiritus inflammatio instat lucidissime cujusdam inna viva nobis, ibique notitia quadam admirabili percipit, quæ ratione tres personæ sunt una substantia, una potentia, una sapientia, & unus solus DEUS, ita ut quod fide tenemus, ibi anima (ut ita dicam) quasi intuitively cognoscat. Est aliud præerea discrimen in spiritualis matrimonii unionem, ac spiritualis desponsationis, quia in hac omnia dona & gratiæ quæ à DEO anima recipi, eas videntur recipere mediis potentis, aut sensibus in matrimonio vero spirituali non ita contingit, quia cum hoc matrimonium in animæ centro contingat, ibi mediare DEUS se manifestat quadam intellectuali, & nobilissima visione. Hæc tenus B. Virgo Teresa.

Vides qua ratione B. Mater docet in ecclasi omnes potentias, tempore, quo anima conjungitur DEO omnino absorberi, ac deperdi, quæ quidem absorptio non eo modo intelligenda est, quod potentia nil omnino operentur, imo tunc perfectissimo modo operantur, nam voluntas ita ardentiissimo amore in DEUM fertur, ut in eum præ nimio amore transformetur, atque à se ipsa deficeat & videatur. Intellectus deinde tanto lucis splendore illuminatur, ut præ nimia luce non aliter, ac si solem aspiceret, nil sanè intelligere sibi videatur sed potius ideo dicitur absorptæ, quia tanta in ensione, ac plenitudine ipsi DEO adherent, ut nulla ratione possint supra se ipsas ullam facere & reflexionem, ut illo tempore statim felicissimum, quod ostendunt, recipere nequeant, ita expresse docet Geson *super Magnificæ, Alphabet. 84. littera Q* his verbis; *agens de ista ecclastica unionem, non quod omnino, inquit, si amor sine cognitione prævia vel comite, juxta cujusdam mysticè Theologizantis imaginationem (ubi obiter nota Gesonem nunquam admisisse amorem sine prævia cognitione, ut falso illi à modernis Theologis imponitur.) Verum est, inquit, quod illa cognitio non supra se reflectitur, ut videatur videre, jam enim avolaret ista simplex desiderium scintillantis & ardentis affectio, juxta illud: *Averte oculos tuos, quia ipsi me avolare fecerunt.* ita Geson.*

Thaulerus *lib. instit. cap. 12.* egregie exposuit hanc intelligendi modum paucis tamen verbis, dicens: *Hic spiritus à DEO in admirabilem lucem suam deducitur, rapiturque, ita ut natura in quadam deformitate elevetur, ibi plane spiritus noster præ lumine absque luce, præ amore & absque dilectione efficitur, non quod absque dilectione sit, sed quia eius omnis cognitio, amorque suus nimis parva videntur ad summum DEVM comprehendendum.* Hæc ille.

Non aliter ac contingeret illi, qui solis orbem, ac syzigeam ingrediatur, nam tunc verius clariorque agnosceret solem esse naturam suam lucidiorrem, magisque visibilem, quamvis radiorum ipsius corruscacione minus videat, quo magis eorum esse cognoscit visibilem. Sic planè anima ipsi DEO justitiam vero soli ineffabiliter copulata, licet mentis oculis præ immensa DEI claritate, & incomprehensibilitate velut quibusdam splendidissimis radiis reverberata caliget, & incomprehensibili ipsius objecti luce succumbat, experientia tamen ipsa apertius quam antea DEI claritatem & incomprehensibilitatem agnoscit.

Hanc intellectualis operationem S. Mater TERESIA à DEO divina revelatione edocta in *lib. sue vite*, agens de hac unionem *cap. 18.* mirè explicavit, cum enim illa scire desideraret, quid in hac

Thauler

Opus Spiritus
Ter. II

Discrimen inter matrimonium & desponsationem spirituales.
Legend. Comment. rarij nost. Baltas. in hac cap. mansione 7. castelli animæ S. x. Teres. & citati ibid. è myst. B. P. Ioan. à Cruce lib. e. e. cit. amoris & flam.

ina viva amor. 10. 2. IESU. MARIA cap. 6. Theol. myst. Philp. 3. Theol. n. yit. 1. 1. 1. d. 1. 4. att. 1. 5. & 6. Ioseph à IESU. MARIA tom. 1. Ascens. animæ lib. 1. c. 30 & 6. 2. lb. 3. cap. 3. & 4. Triatemo. para di. pugnans. la in hoc. amaris. sum.

myſtica unione intellectus operare ut? reſpondit ei Dominus, ut ipſa referat dicto capite ſua vita: e-
mo pœde comprehendere lo que entiendo, es no entender
entendiendoci: quali dicat: cum intellectus non poſ-
ſit immenſam illam DEI claritatem, & incom-
prehensibilem plenitudinem comprehendere, hoc
ipſum eſt illam conſpicere, intelligere ſe non poſ-
ſe intellectu cognoscere, & hoc quidem nihil ali-
ud eſt ſub ratione incomprehensibilitatis videre
ac cognoscere.

Fit ergo ex dictis, tempore ecſtaſica unionis
intellectum, alioſque interiores ſenſus omnino
abſorberi; nam ſi carnalis delectatio rationis u-
ſum (teſte Ariſtotele) pro tunc abſorbet, quid erit
ſentendum de ineffabili illa dulcedine, quæ ex
immediata cum DEO conjunctione, & unione
percipitur. Quare ſicuti in hac vita DEUS clarè
videri non poteſt, niſi anima ſit omnino à ſenſi-
bus alienata, ita neque DEUS ſentiri, aut percipi
poteſt clarè in hac vita, niſi conſopit omnibus
animæ operationibus, ita ut anima pro illo bre-
viſſimo tempore nihil omnino ſentiat. Quapro-
pter exiſtimo tria tempora in hac unione ſive ſpi-
rituali deſponſatione diſtingui debere. Primum,
cùm eam anima percipit DEI præſentiam ad ſe ap-
proximationem. 2. Cùm DEUS divino illo con-
tactu animam deſcendat, & ſponſe labia divi-
num illud, ac ineffabile oſculum percipiunt. 3.
Cùm plene itam divinam præſentiam, ac ejus
ſuavitatem deguſtat.

*Triatem-
pora di-
ſtinguen-
da in hoc
unitatis
ſtatu.*

In illo priori intellectu nondum abſorptus
per inuſionem divini luminis, ab ipſius ſolis præ-
ſentia derivati, clariffima luce elevatur, ut DEUS
ipſum voluntati omnino proximum altiffimo
modo contempletur. Poſtea verò à ſe ipſo defi-
ciens in illo inſtanti mutui cum DEO amplexus
dulciter abſorbetur, & obdormit. Utræque præ-
clarè Dionyſius Carthuſianus in *Commentariis in lib. de
myſtica Theologia D. Dionyſii cap. 9.* declarat di-
cens: Verumtamen in hac contemplatione fertur
apex mentis, & intelligentiæ vertex DEO uniti
tanquam omnino ignoſci in omnimoda quoque
caligine fieri, nihilque penitus de illo cognoscere,
non quòd ab illius inſpectione omnifariè vacet,
præſertim cùm illa ſit altiffima, clariffima, perfe-
ctiffima, ac profundiffima Deitatis contemplatio,
cognitio, viſio huic vitæ poſſibilis, ut ipſemet ma-
gnus Dionyſius, & expoſitor eſus reſtantur,
ſed quia in hac contemplativa, ac ſapientiaſſima,
ac ferventiſſima unione cum DEO mens acutiſ-
ſimè, & limpidiſſimè perſpicit, quam ſuperin-
comprehendiſſimam, & ſuperſplendiſſimam, & ſu-
perluminoſiſſimam, & ſuperpulcherrimam, & ſu-
peramabiliſſimam, & ſupergaudioſiſſimam ſi ipſe
Dominus DEUS omnipotens, & immenſus, at-
que quàm inſanè, & indicibiliter à plena illius
cognitione, ac beatifica ejus fruitione, viſione fa-
ciali immediatè, & clarè intuitiva, diſcer, deſiciat,
& occumbat, ideo præ admiratione, & amore
deſicit, & deſluit à ſeipſa, gaudioſè quoque & dul-
citer abſorbetur, obdormit, & quieſcit in ſuper-
dilectiſſimo Creatore DEO Salvatore, ac miſera-
tore, imò & ſupergratiſſimo ſuo ſponſo totius
beatitudinis ſue ſuperſiſſimo fonte omni-
potentiſſima, & liberaliſſima cauſa.

Hæc de illo inſtanti ſive tempore, in quo Deus
animæ per ſeipſum unitur, & manifeſtat, &
quamvis hæc unio realis cum DEO breviſſimo
tempore abſolvatur, & tempore quo perſicitur
ligata ſunt, & quaſi abſorptæ ab illa immenſa,
dulcedine omnes potentia, adhuc tamen neque
in illo tempore divini contactus ſive unionis mu-
tue animæ cum DEO, credendum eſt omnino
intellectum ſua carere operatione. Abſurdum
enim eſſet cogitare animam illo feliciffimo unio-
nis tempore nobiliſſimo intellectu & voluntari-
tis operationibus non aliter, ac ille qui deliquit
animi patitur, omnino privari. Imo potius ex ma-
gnitudine lucis, amoris, & delectationis intelle-
ctus totus manet ſuſpenſus, & abſorptus, præſer-
tim ex admiratione eorum, quæ tunc intelligit
tunc enim cum tenaciſſimè intueatur ea quæ ſpe-
culatur, non datur ei locus reflexionis ſupra ſeip-
ſum, ita ut poſit ipſe intelligere aut diſcernere ſe
aliquid tunc intelligere, quia ab illa ingenti admi-
ratione totus tenetur ligatus & abſorptus.

Dices igitur, anima cùm ſit eo tempore omni-
no abſorpta ac ſuſpenſa, nil poterit mereri, quia
ad meritum requiritur, ut potentia non ſit liga-
ta, ac neceſſario applicata ſuis objectis. Hanc ob-
jectionem ſibi proponit B. V. G. TERESIA cap.
6. in *Canticis*, ipſa verò hæc objectioni reſponde,
hoc eſſe arcanum divinum, ac potius fide tenen-
dum, quàm rationibus examinandum. Nos verò
poſſumus breviter reſpondere, ſibi verè non eſſe
meritum, ut B. mater conſideret, quia ad meritum
omnino requiritur, quòd potentia animæ ita ſint
expeditæ & liberæ, ut poſſint non ſolum ferri in
ſua objecta, ſed etiam ſupra ſe ipſas refletere, ac
dignoscere ſuas operationes, alias omnino ſunt
neceſſaria, quòd meriti rationi contradicit.

Reſponderetur ſecundò, ſuppoſita illa diſtin-
ctione ſuperius expoſita, nempe in hac ecſtaſica
unione tria tempora eſſe diſtinguendū; in primo
nempe, cùm anima percipit DEI præſentiam ap-
proximationem; & etiam in ſecundo, cùm ſentit
ſe amplecti & divinus oſculari, in his duobus
ſtatibus anima nullum habet meritum in priori,
quia eſt omnino abſtracta à ſenſibus, quare non
poteſt tunc habere perfectum iudicium, ut con-
ſtat ex his, quæ ſapè in ſuperioribus docuimus.
In poſteriori verò ex duplici capite merito ca-
rere debet, tum propter rationem dictam, tum et-
iam propterea, quòd interiores animæ potentia
ſunt omnino ligatæ & abſorptæ. In tertio verò,
cùm potentia quaſi ligatæ & abſorptæ DEUS
ſua ſolvi benignitate, ut tunc percipiant feliciffi-
mum ſtatum quo fruuntur, ac alia myſteria, quæ
eis divinitus revelantur, ſine dubio eo tempore
merentur, quia cùm potentia non ſint abſorptæ,
facilè ſupra ſe ipſas refletere ſunt, ac divinitus illu-
ſtrantur, ut non obitante ſenſuum alienatione,
perfectè agnoſcant ac dijudicent ea, quæ vident.

Hunc diverſum animæ ſtatum, Dionyſ. Car-
thuſ. de fonte lucis cap. 16. exponens illa verba Job
36. *In manibus abſcondit lucem, & præcipit ei, ut rur-
ſus adveniat zà nobis* traditam hic doctriſſimam con-
firmat, dicens in quo lucis hujuſ reditu annuntiat
Deus per allocationem in eam dilecto homi-
ni (bono ſcilicet, cum quo tam gratioſè operati
dignatur) quòd lux iſta poſſeſſio ejus ſit; ita ut
eam poſſit ſtabilitè poſſidere, & ſi ad horam am-
iſerit eam, ad eam ruſus recuperandam poſſit
aſcendere, & per eam ad lumen gloriæ pervenire.
Inſuper lucem contemplationis theoreticæ ac my-
ſticæ radii viſionis tenens DEUS in manibus,
eandem lucem pulcherrimè radiantem ad ſibi-
tum ſuum metu purgatiæ nunc pandit, & inſiſtit,
nunc retrahit, & abſcondit, ſicque lux iſta venu-
tuſiſſima ad tenentis DEI arbitrium lateat, ac pa-
et

*Quando
in hoc
ſtatu ani-
mæ meritū
capax ſit*

et diſtine cupiam
admirabili percipit
na ſi hanc
ſolum DEUS
(ut in dicitur)
pæcra diſtine
nomen ac ſp
omnia dona & g
eas videntur
ubius in mat
git, quia cum
no contingit
lar quadam
Haſtenus B. V. G.
doce in ecſtaſi
anima conj
epedi, quæ quid
ligenda eſt, quod
imo tunc peſe
nam volun
fertur, ut in
tar, atque à ſe
deinde iſta
nimia luce non
laſe intellige
nir abſorptæ
ne ipſi DEO
ſpæ ſe ipſam
pore ſtatim
re neque
gnifica, Al
de illa ecſtaſi
ſi amor ſue
ata c. j. dicit
onem ſi ob
niſi ſi amor
illo illi à mo
em eſt quæ
ſit, ut viden
a ſimplex ſp
lura ſi d. Ar
ſe fecerunt. ka
egregè expoſ
dicit tamen
admirabile
ut in manu
plano ſp
e alique
ſe ſit, ſed quia
a parva videtur
m. Hæc ille.
i, qui ſolis ob
m tunc vetus
tura ſus laci
vis radiorum
quo magis em
de anima ipſi
pulara, licet me
tate, & incom
ſplendiſſimi
incomprehenſi
experientia tamen
claritatem & in
m S. Mater Tu
one edocita in ſi
t. 8. mirè expi
et, quid in luc
my

& nunc copiosius, clariusque insurgens, nunc minus, &c. Ac post pauca: Etenim in hac profundissima contemplatione gratia DEI præueniens, ac petransiens, sensum perstringit amantis, & eripit eum illi, infigitque sibi, atque ut horum expertus ait S. Bernardus, rapit eum in diem, qui est à tumultu rerum ad gaudia silentii, hoc est, in splendorem clarissimum lucis supremæ, in quo ab omni profuvio desideriorum carnalium, inquietorum phantasmarum, fluctuantium cogitationum suaviter conquiescit obdormiens in dilecto. Hæc ænus ille.

CAPVT VI.

De effectibus aliis, tam tempore raptus sive ecstasis, quam transactis illius anima communicatis.

Tempore quo anima divinam hanc ecstasim, quæ nihil aliud est, quam (ut alibi plenius explicavimus) arcana unio cum ipso DEO feliciter experitur, anima in divitiis gloriæ, & in oceanum Deitatis immensæ absorbetur, in quo quidem gradu anima suo sponso feliciter unitur, & fit in cælo silentium quasi dimidia hora, & quidquid molestum antea fuerat, tunc absorbetur à gloriâ; in hac enim secreta animæ cum DEO sponatione voluntas ardentissimo amore flagrat, & quasi consumitur. Cum enim ipsa DEUM complectatur, majores cæteris ex illo uberrimo fonte aquarum viventium rivulos, nempe amoris, & delectationis exhaurit, ac sapidissima in illo fonte divinæ suavitatis fluente degustat. Intellectus verò per lucem increatam altiori & sublimiori modo, quam unquam aliàs, non tamen clarè & distinctè DEUM ipsam percipit. Memoria demum immobilis, læta, ac tranquilla permanet, breviter nunc operationes divinas, quas vires hæc potentie eo tempore patiuntur explicemus.

Effectus communis in hoc statu intellectui.

Soler enim clementissimus DEUS, tempore hujus felicissimæ unionis ecstasice, ut in superiori capite annotavimus, intellectum solvere, & inæstimabiles divitias, ac dona ineffabilia, quibus tunc anima fruitur, clarè dignoscere possit, nec non alia quoque divina mysteria in intellectuali visione animæ manifestare, quod est veluti tertium tempus, sive status animæ illa divina unione fruens, per quam certè manifestationem naturæ divinæ, ac cibatorum, ac divinarum proprietatum in intellectualibus imaginibus clarissimum lumen acquirit. Potissimum vero miratur liberalissimam illam divinitatis communicationem, se ipsam tam ad intra, quam ad extra immensa sua bonitate mirabiliter effluentem. Unde grandis in anima fiducia generatur, ut cum DEO familiariter agat. Ibi etiam lumine divinitus infuso gignitur insignis perspicacitas ad penitissimam sacræ Scripturæ sensa, & divinæ sapientiæ arcana penetranda, quin imo non solum anima, verum etiam corpus & sensus mirificè perficiuntur.

De hoc lumine, quo tunc temporis intellectus divini illustratur, optime Henricus Harphius lib. 2. part. 3. cap. 12. de mystic. Theolog. In hunc, inquit, modum etiam titulum homines, tam profundè rapiuntur in omnimodas occultas cognitiones, quod incredibile foret in experio. Primò quidem intellectuales oculos attollentibus in DEI excelsum naturam, datur plerumque ipsis

notitia de DEO, quod scilicet sit quædam incomprehensibilis simplex puritas, in sua essentia inscrutabilis profunditas, inaccessibilis altitudo, incomprehensibilis latitudo, æterna longitudo, tranquilla & silens, aut quieta caligata & vasta solitudo, requies æterna. Sanctorum commune froibile sui ipsius, & omnium Sanctorum, & multa his similia, quæ considerari possunt in abyssi pelago Deitatis. Et quàmvis homines non intelligant, quid in istis verbis inclusum sit, quamdiu ipsis non fuerit concessum experiri, scire tamen debent, quòd intellectus illorum, qui se frequenter ad ista convertunt, in tantum in hujusmodi suffollitur in admirationem, ut omnes vires animæ sequi cupiant, unaquæque cum operatione sibi debita ad gratias agendas DEO ad ipsam honorandum & amandum, adeò quòd totus homo habituatur in elevatione omnium virium animæ.

Et inferius: Nunc ergo prosequendo de ista notitia. Secundò oculus intellectualis elevatur & instruitur de SS. Trinitate videlicet, quomodo Filius à Patre æternaliter generetur, & Spiritus sanctus procedat à Patre & Filio, quomodo tres illæ Personæ sunt unus DEUS, & una Essentia, æqualis potentia, sapientia, & bonitatis, & generaliter quicquid DEO attribuitur, hoc istis tribus Personis æqualiter attribuitur, & dumtaxat distinguit eas sua Personalitas. Sed ista notitia, & apparitio fit penitus in spiritualibus imaginibus, aut similitudinibus in isto gradu consurrectionis, & non essentialiter.

Et hæc de operatione intellectus. De voluntate igitur aliquid proferamus. Hoc tempore diximus, voluntatem divino conubio ipsi DEO feliciter conjungi. Et ut lib. 4. cap. 17. §. 2. indicavimus, hic dum mens à se alienatur, dum in illam divinam & arcanam unionem rapitur, dum ab illo divini amoris pelago undique circumdatur, ac innimè penetratur, se ipsam penitus exiit, divinum quandam affectum induit, & inspectæ pulchritudini configurata, tota in illam gloriam in DEUM transformata transit. Sub hoc iaque statu mens fugit mel de perra, oleumque de saxo durissimo, & sub illo Divinitatis montes (id est, DEUS ipse animæ unitus) stillant dulcedinem, & Dei aris coiles flant lac, & mel, ipsaque Domini gloria fœderis implet tabernaculum. Sic autem suam præsentiam infiniè amabilem exhibet, ut faciem suam animæ ostendat, amorem & dulcorem infundit, sed faciem suam & decorem suum non ostendit, nondum enim in hac vita apparet in lumine, quamvis in amoris igne se manifestet; unde in hoc gradu anima dilectum suum ipsam deosculantem sentire omnino potest, videre tamen non potest. Cogita igitur quanta erit amoris magnitudo, qua Beati ex unione suæ voluntatis cum summo bono fruuntur in gloria, quia ea quam Justi in hac vita percipiunt, non multum distat ab illa, licet enim anima DEUM non videat, dicitur tamen vivere cum DEO, vivere de DEO, esse in DEO, & DEUS in ipsa, qui est omnia in omnibus. Dicitur etiam habere, & possidere DEUM, qui est summum bonum, & ubi est summum bonum, ibi est summa felicitas, ibi vera lætitia, licet non omnino plenè, dum peregrinamur à Domino; & huic quidem inchoatæ Beatitudini jure congruere possunt carnis illa, quæ Hugo Victorinus lib. 1. de anima cap. 4. in laudem æternæ vitæ composuit:

Et